

## Ἑκτο μάθημα

|        |          |            |             |                |         |          |
|--------|----------|------------|-------------|----------------|---------|----------|
| amem   | amarem   | amaverim   | amavissem   | ama            | amato   | amare    |
| ames   | amares   | amaveris   | amavisses   | amate          | amato   |          |
| amet   | amaret   | amaverit   | amavisset   |                | amatote | amavisse |
| amemus | amaremus | amaveritis | amavissemus |                | amanto  |          |
| ametis | amaretis | amaveritis | amavissetis |                |         |          |
| ament  | amarent  | amaverint  | amavissent  | amans, amantis |         | amaturus |

|          |           |            |             |                  |          |           |
|----------|-----------|------------|-------------|------------------|----------|-----------|
| habeam   | haberem   | habuerim   | habuissem   | habe             | habeto   | habere    |
| habeas   | haberes   | habueris   | habuisses   | habete           | habeto   |           |
| habeat   | haberet   | habuerit   | habuisset   |                  | habetote | habuisse  |
| habeamus | haberemus | habuerimus | habuissemus |                  | habento  |           |
| habeatis | haberetis | habueritis | habuissetis |                  |          |           |
| habeant  | haberent  | habuerint  | habuissent  | habens, habentis |          | habiturus |

Irrideant stulti haruspices, putent eos vanos, futiles; tamen sapientissimi viri et eventus et res eorum disciplinam comprobant. Spernant etiam Babylonios; at ii tanta acie mentis caeli signa et stellarum motus observant, ut futura praevideant. Barbari hi, vani illi atque fallaces? Attamen, ut Graecorum historia docet, Craeso, Alexandro, Atheniensium et Lacadaemoniorum ducibus, et ceteris, vera Pythii Apollinis sacerdotes responderunt.

Sulla, post Portae Collinae pugnam contra Marianos, urbem victor intravit et multos homines inermes et securos, qui se per legatos dederant, contra ius divinum interfecit. Non solum Mariani adversarii sed multi innocentes et etiam ipsius Sullanae partis vitam amiserunt. Ita liberae per urbem caedes accidebant et percussores sollicitati vel ira vel praedae cupiditate passim errabant novae neces quaerentes. Igitur omnes aperte improbabant quod singuli timebant; tunc Q. Catulus palam Sullae dixit: «Cum quibus civibus tantem vivemus, si ni bello armatos, in pace inermes viros occidimus? Tunc Sulla primum infamem tabulam proscriptionis induxit.